

Biogr. er. D
1553,32^d

PROPEMPTICA

PHILICA

EXCELLENTI ET DOCTISSIMO
JUVENI

DN. IO. ERNESTO
BVRGGRAVIO, PALA-
TINO, MEDICINARUM CAN-
didato consecrata,

IN INCLYTA CATTORVM ACADEMIA

Mauritiana Marpurgi Cal. Iulii.

1607.



MARPVRGI CATTORVM

Ex officina Rodolphi Huttvelkeri,

cl Ic cIc.

er. D.

3,32 d

bbb.

1695




περιπάτεια
In perigrinationem Anglicobelgicam.

DN. IOH. ERNESTI BVRG,
GRAVII, SECRETIORIS MEDICINAE
peritissimi, amici, & fratrī sui probatissimi,
dictum, & dicatum.

à

M. Henrico Petræo Schmalcald. Catto, ejusdem
facultatis alumno.



C quò fata trahis, tuæ
Fortunæ faber ô fervide? quò ruis
Audax per vetitum nefas? (cus,
Burggravi ô Medicum delitium, & de-
Cordis dimidium ô mei.

Cur nunc terga moræ vertis? abis? fugis?
Sperabam affore mox diem,

Lætus læta canam quo tibi carmina
Doctori eximio ac Viro

Felici, hei mihi spem decipis invidus.
Orbis te abdis in angulos,

Anglos (angelicis moribus) ad feros.
Nec tantifavor ORDINIS,

Nec te tantus amor tot juvenum juvat,
Nec te tantus honor trahit,


Nec blandum patrie te tenet osculum.
Non ætas movet, aut locus,


Nec quæ spondet iter mille pericula.

Qua

69, 17

140





Quæ spondet mare, quæ solum,
Quæq; hostes potius dixeris, hospites.
Mutas consilium, at cave
permutare bonam sortem, age, respice:
Sorti credere decipi est.

Tu siccis oculis aspicias fretum
Pulsans Acroceruna,
Eurisq; oppositos imbriferos Notos?
Scyllæam & rabiem, ac vagos
Delphinias fugias? dulce salum in solo.
O quas discimus hic preces!

O stuprâ tenui pendula, quid neci
Distas vita, nisi assere!
Asse haud te redimam ô vita miserrima!

Tu mortis medium, ipsa mors.

Pulcrum est alterius stulticiâ frui.
Tranandum mare piscibus,
Nobis terra data est: quæ Deus abscidit,
Ponto dissociabili,
Prudens nemo pius transfliat loca.
Non vestigia terreant.

Lata Europapatet, maxima continens,
Divisas petis insulas.

Doctrinis inhias? suggestit has Quies.
An morum probitas placet?

Morum pol peregré copia vix datur.
At quæris Medicos foris?

Quos querunt alij nempe vides domi.
Non uni tamen omnia

Terra inclusa ferunt ingenia optima:
Sed cuiq; est data gemmula,
Præstantes gremio nunc fovet Anglia:

A 2

Has

Has lustra, ambi, & ama, ac eme,
Quæ fractâ rate tecum facile enatent.
Non tu delicias, opes
Non cura fragiles, disce, doce, iuva
Ægros, nec Deus abnuet.
Fit motu sapiens mens medici, & manus.
Ægyptum en Paracelsi habes,
Fit motu sapiens mens Medici, et manus.
Ægyptum en Paracelsi habes,
Colchosq; auriferum & vellus Iasonis.
Sic prisci sophiæ patres,
Terriquasso ei adest, pomphilus hanc vehit,
Crudam Barbariam ingredi
Ausi artis cupidi, veri avidi Boni.
Sic doctâ Experientia
Crescas: ætherei fausta regant Patris,
Nati lucida sidera,
Flatus vela sacri, fluctibus incubent.
Expertæ arte gravem Hassicis
Reddant in columem finibus huc precor.
Hæc sic vota cadunt, velit
Vt sic fata cadant cunctipotens Herus:
Vt clarus redcas brevi,
Motumq; excipiatur perpetua hunc QVIENS,
Exoptataq; præmia,
Quæ sors non quatiat, mors negat diruat.
Voto hoc prosequor, o sequi
Voti si liceat participem! at! VALE.

PROPEMTICON

Dn. IANO-ARIOVISTO BVRGGRAVIO ME-
dicinarum Candidato excellentissimo, amico dulcissimo,
Marchioburgo in Angliam proficiscenti, φιλαδελ-
φias χαρεν sinceriter cecinit. M. Lu-

M. Ludovicus Crocius Cygnæus

O DEA quæ nimis successibus invida, vitæ
Eripis & totum dimidiumq; meæ!
Te purgas? gravius, si te purgaveris, urget
Crimen, & à nostro limine pulsa cadis.
Nam quos nec poterat diducere livor amantes,
Nec poterant linguæ fascina dira malæ:
Aspera diducis dea! ter quater aspera charos
Dissocias socios, dissocianda bonis!
Ire Caledonias jussisti dura per oras
Burggravium, ut videat quas habet Arctos opes.
Ire per erratis Belgarum finibus unum
Dira jubes: Crocium dira manere jubes:
Qui discedentis tabescit amore sodalis,
Ardens præ glacie, præq; calore gelans.
Mutachelys, tristis Phæbus, citharæq; repertor
Arcas, & Artipolis Mauritiana dolet:
Atq; Machaoniæ flaccescit gloria pubis,
Intrat & impexas dilaniata comas,
Elauro meliore comis textura corollam,
Heic ubi mansisses, Ario viste, tuis.
Et veluti ferrum magnes, sic me tua virtus,
Flos juvenum atq; virum nobilis! una trahit.
Una trahit virtus, ac una scientia veræ
Pæoniæ, pestes quæ fugat una feras.
Grande licet parvæ morulæ parvissima robur
Specula det, vires detq; silentiolum.
Aggemite; aggemite osylvæ; vos surgite montes
Altius; adscendam celsius ipse miser.
Celsius adscendam, & ceu suspiratibus auctis,
Cælicolæ ærumnas ex onerabo meas;

Quas

Quas ego : sed fatis præstat conjungere vota,
Ut spiret velis aura secunda tuis.
Lenibus adspiret flabris innubilus aër,
Blanda serenati surgat & aura poli.
Ne si nubiferos effuderit Aeolus Austros ,
Ex pluviis gravidam prægravet unda ratem.
Flabra trium cessent Euri, Boreæq; Notiq;:
Tu zephyre ô flatu dirige vela levi.
Ut felix videat Burggravius ora Britannum,
Hiſq; probet genium Teutona terra tuum.
Pluria non faciam nunc verba : precantia finit hæc:
Oronihil lævi Fors odioſa ferat.

PRAESTANTISSIMO DOMINO JOH.
Ernesto Burgravio, in Angliam abi-
turiensi.

Ergò jam Cattis, sine me, discedis ab oris,
Burgravi, nostræ tamen amicitiae ?
Ipse felici, quò te vocat ille, supremum
Cui jus est, nostri sed tamen esto memor.
Quam procul à nostro discedunt corpora sensu;
Tam propè conjungant sese animis animi.
Te, mihi crede, quod est res dico, semper amavi:
Nec, quia discedis, temet amare nego.
Dico ego, temet amo: & remeant dum sidera, amabo:
Tu simili affectu si redamas, satis est.

Elias Hosman Bolesla-Siles.
facieb. Marp. 7. Id Jun. 1607.

EXIMIO MEDICINÆ CANDIDATO Dr.
Iohanni Ernesto Burggravio Marpурgo discessuro ami-
citiæ & benevolentjæ ergò gra-
tulatur.

Una

VNa salus Medico docta experientia rerum,
Qua sine non Medicus, sed veterator erit.
Non etenim rebus mixtæ res omnibus omnes,
Olim quod stultè sensit Anaxagoras:
Una nec est rerum facies; discernere docti est,
Quo sapiens statuat pondere quæq; Deus.
Naturæ faciem non unam quære, nec uno
Empirice exopta conditus esse loco.
Perrepta valles, est vis quædam indita valli,
Poplite nec fracto visere summa nega.
Quæ natura tegit Medicorum oracula tradunt,
Hæc pete; jam Medicus non veterator eris.
Hæc alto tecum volvebas pectore sancti
O Asclepiadum spesq; decusq; chori.
Et Musæ dicto citius responfa tulerunt,
Invida non curis non studijsq; tuis:
Vade age Cattorum jam mænia nota relinque,
Ante hæc non oculis quæ loca visa subi.
Est & inhis aliquid quod te meminisse iuvabit,
Olim si medica polleat arte manus.
Vade age, nos comites cogemus cedere voto
Multæ negata alijs, multæ petita tibi.
Hæc Musæ: tu jussa paras exsolvere, præstans
O animi iuvenis, iamq; iter ingrederis.
Siste pedem quæso, da dextræ iungere dextram
Hoc tolle à nobis pignus amicitiæ,
Pignus amicitiæ sacrum est, endextra fidesque,
Musæ odere moras, dulcis amice vale.

*Iohannes Combachius
Vetteranus.*

¶
¶

Προτεττίερος

Ad

HUMANISSIMUM ET DOCTISSIMUM
juvenem-virum Dn. Joannem Ernestum Burggravium
Utriusque Medicinæ studiosum amicum suum sin-
gularem in Angliam abituri-
entem.

Ergone tempus adest, quo te fortuna jubebit
Burggravi patrj linquere rura soli?
Est ita, mens humilis laribus defixa paternis
Nulla per externas sustinet ire plagas,
Mens cœlestis humo se tollere tentat & Astra
Perpetuâ gaudet mobilitate sequi:
Mentem non cœlum solum mutabis ad Anglos
Dum quod eras cedis non fuerasq; redis.
Nam sat agis studia ac hominum cognoscere mores,
Atq; peregrino dulciter ore loqui,
Haec tenus Hippocratis sinuosa volumina vidi
Atq; Theophrasti te coluisse scholas.
Iamq; peregrinas Populorum tendis ad Oras,
Vt mentis redeas auctior inde bonis.
Et tecum redeat prudentia practica rerum,
Qua sine nil studio laudis inesse solet.
Nobile pergis iter famæ, quo te quoq; possis
Tollere humo & nomen ferre sub astratum.
Vade bonis avibus, sic post sexcenta viarum
Tædia doctrinæ præmia digna feras.

M. Carolus Sachsius.

F I N I S.

Bioys - ernd. D 1553,32

SLUB DRESDEN



3 3747346